

E T M E N S V R I S.

tarios quatuor Choenix continet, quam in Chœnix.
 terpres Nicandri pēdere Libras sex author
 est. Est & alio pondere apud Athenienses
 Choenix. Sed nunc de Romanis mensuris Cōgius.
 loquar. Congius Sextario nomen dedit,
 sex enim Sextarii eum efficiūt, is χοεύς Græ
 ce dicitur, & ut Suidas scribit, differt ab ea
 mensura, quæ χοὺς dicitur: est enim illa
 Ἀξέστρος, hoc est, duorum Sextariorū. Quam
 tamen differentiam nusquā alibi proditam
 memini, nec Palæmon ipse agnouit. Modi- Modius
 us Sextarios habet sedecim, Romana uox,
 quam Medimnum Græcis esse Politianus
 credidit, in quam sententiam etiam iuisse ui
 deo Ysichium & Lucianū, qui in Dialogo
 Alexandri et Annibalis cæsorū Romano
 rum annulos μεδίμνοισ̄ mensos fuisse tradit
 cū Titus Liuius, & cæteri Latini, unde ipse
 sumpsit, Modiis dicant. Sed certe nō uiden
 tur Græci Modium Latinum satis intellexis
 se: Medimnus em̄ maior est, ut qui sex Mo- Medim
 dios habeat. Quāuis Siculum Medimnum nus.
 quinque Modiorum esse, Cicero in Verrem
 ostendat: & Atticum Medimnum septem
 Modiorum, Cor. Nepos in uita Pompo
 nii Attici scripserit. Sed ipse suspicor corru
 ptum numerum, qui ex his, quæ inferius